

De  
RENUNCIATIONE  
SUCCESSIONUM.

Qua magnatum, Illustrum, atque Nobilium familiarum fæminæ, fratribus & proximioribus suis agnatis, successionem Paternam, Maternam, Fraternalam, vel aliam quamcunq̃ue, familiæ decus ut inde auctius & stabilius reddatur, solenniter & spontaneè cedunt.

QUÆSTIONES ALI-  
*quot, quarum Elenchum Prefationi subje-*  
*cimus, breviter conscripta.*

A  
BARTHOLOMÆO

Kellenbentz/ D.

EDITIO TERTIA, PRIORIBVS  
*Auctor & Correctior.*


CUM INDICE RERUM AC VER-  
borum locupletissimo.

STUTGARDIÆ,

*Typis Ioannis VVyrichl Rösslini, & Impensis*  
*Philiberti Brunnii.*

---

4 Anno M. DC. LV.



GENEROSO AC NOBILISSIMO  
VIRO DOMINO


JOANN-AL-

BERTO à Wellwarth / in Aet-  
tenhofen & Berg / &c. Serenissimi Wür-  
tembergiæ Ducis Præsidi Superioris Senatus  
longè Amplissimo. Liberi que Equestris ordinis  
Suevici, partis Cochæ Vice-directori  
perquam strenuò.

*Domino Patrono Fautoriq; meo maximo-  
perè percolendo.*

**N**ONDUM EQUIDEM  
circumfusus erudi-  
torum ordo, aureo  
huic Divæ Themis-  
dos deposito renunciavit. Ita  
jamdudū raritas ejus charita-  
tem peperit, hæc charitatem  
fruendique desiderium utiles  
etenim doctique libri, parem





## Quæstio I.

*Quid sit successionis futura renun-  
ciatio?*

### S U M M A R I A.

#### I.

**D**uo genera pactorum sunt, de successionibus quæ agunt, Affirmat. & Negat.

2. Pactum de succedendo legibus reprobatur.
3. Utilitas renunciationis breviter enumeratur.
4. Renunciatio successionum quid sit?
5. Delatæ successionis renunciatio, juramentum non requirit.
6. An generalis futurorum bonorum renunciatio successionem ab intestato includat?
7. Verba pactorum futura, sumenda sunt de causa quæ tempore pacti existit.
8. Successio paterna defertur liberis à lege.
9. Ea quæ à lege alicui deferuntur, specifica renunciatione tollenda sunt, explicatur num. 14.
10. Generalis promissio, omnes species sub se complectitur, & tantum valet quoad omnes species, quantum specialis ad suam speciem num. 15.
11. Jura paterna & materna in alimentatione, dotatione & successionem consistunt.
12. Causa paternæ successionis semper de præsentibus inest liberis.
13. Ea quæ in conseq. veniunt non considerantur.
14. Alimentorum jus à jure succedendi separatum est, & nullam renunciationem admittit.
15. A masculis aliquando ut interponatur renunciatio familiæ consultum est, & quando.